

divino cultui deputata favore nostre gracie intuentes quieti et paci eorum misericorditer providemus et que ipsis | pia fidelium nostrorum liberalitate collata sunt, regalis nostra serenitas corroborat et confirmat. Sane . . . abbatissa et conventus monasterii sancti|monialium Troni beate Marie prope Grimme ordinis Cisterciensis nostre celsitudini humiliter supplicarunt, quod cum felicis memorie quondam Henricus Misnensis et Orientalis 5 marchio . . . filiorum suorum et quondam illustris Friderici nepotis ipsius marchionis Misnensis Orientalis et de Landesberg confirmationibus consensibus et innovacionibus subsecutis decimam metalli, que berch apud montanos vulgariter appellatur, in omnibus montibus sive in argentifodinis tocus terre sue iam mensuratis vel in posterum mensurandis sive tunc essent sive fierent in posterum lucrativi et tam iidem quam alii principes 10 et fideles imperii diversas donaciones ipsis fecerint ac eas et ipsum monasterium dotaverint diversarum privilegiis libertatum, prout in litteris super hoc confectis expressius continetur, cum super his pravorum hominum molestiis agitentur, nos predictas donaciones et concessiones libertatum et omnia bona monasterii memorati, que rationabiliter possidet, de nostra gracia confirmare ipsumque monasterium cum personis in eo domino famulan- 15 tibus et omnibus bonis eius, que iuste possidet, sub nostra et imperii protectione recipere dignaremur. Nos igitur ipsarum supplicacionibus grato concurrentes assensu donaciones et concessiones predictas, sicut provide et rite facte sunt, nec non omnia bona libertates et iura, que et quas ipsum monasterium impresenciarum rationabiliter tenet et possidet aut in futurum prestante domino iustis modis poterit adipisci, eidem monasterio de nostra 20 gracia confirmamus ipsumque monasterium cum personis in eo domino famulantibus et omnibus bonis suis, que iuste possidet, sub nostram et imperii protectionem recipimus specialem presentis scripti auctoritate mandantes, quatenus nullus sit, qui ipsum monasterium in personis in eo domino famulantibus vel in bonis contra presentis confirmacionis et protectionis nostre paginam temere audeat molestare. Quod qui presumpserit, indignacionem 25 nostri culminis se noverit incursum. Ad huius igitur confirmacionis et protectionis futuram memoriam et stabilem firmitatem presens scriptum fieri et maiestatis nostre sigillo fecimus communiri. Datum apud Nuwemburg pridie idus maii anno domini millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, regni vero nostri anno quinto.

(S.)

30

293.

Heinrich, Bischof von Merseburg, ertheilt denjenigen, welche an bestimmten Tagen das Kloster Marienthron zum Gottesdienst besuchen und dasselbe zu fördern bemüht sind, 40 Tage Ablass.

Merseburg, 1296 Juni 9.

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 1508. Das wohlerhaltene S. des Bischofs an einem durch Los- 35 trennung des unteren Randes der Urkunde gebildeten Pergamentstreifen.

Henricus dei gracia Mersburgensis ecclesie episcopus universis Christi fidelibus quibus exhibitum fuerit presens scriptum salutem in omnium salvatore. Gratum et pium obsequium deo impendere opinamur, cum mentes fidelium | ad zelum devocionis et ad